

AQVARIVM

234

Iactabundi arrogantesque quidem quidam Chimici obscuris verbis affirmare conantur, quod quis perfecta & imperfecta corpora in currentem Mercurium transmutare debeat: verum dolus anguisque in herba latet. Verum equidem est, quod Mercurius imperfectum aliquod metallum, ut pote plumbum, vel stannum, consumat, & absque labore, in quantitate multiplicet: ast eo ipso perfectionem suam amittit, ut non amplius hac ratione siet Mercurius: Sin vero per artem mortificaretur, ut non magis sese viuificum facere posset, tunc in rem aliam transmutaretur, quemadmodum in Cinnabari, vel sublimato fieri solet. Quando enim arte coagulatur, siue nunc illud tardius, vel citius fiat, tunc duo ipsius corpora fixatum corpus non adsumunt, neque etiam illud conseruatura essent, quemadmodum in terræ meatibus videre est. Ne quis tamen heic erret, tunc æque tam parum à natura sub terra coagulari potest, ne fixatum granum proueniat, & à duobus spermatibus, non verum aliquod germe proferat, quemadmodum in plumbi venis conspicitur: Nulla siquidem istiusmodi vena est, ubi non fixatum aliquod granum adpareat, auri & argenti videlicet, idque in substantia & alimentatione. Prima Mercurij coagulatio minera plumbi, & quidem summe idonea commodissimaque est, illum ad perfectionem fixationemque perducendi. Quemadmodum enim ante dictum, minera plumbi non absque fixato grano auri & argenti est, quæ grana natura illuc sumministrat: ita sese multiplicari potest, quo melius ad perfectionem plenariamque virtutem perveniat, veluti ipse expertus sum, atque pro certo illud & affirmare, & confirmare postero.

Theatrum Chymicum Vol.
3. p. 67r. 553.
v. 1. f. 1. 1. 1. 1.

Theatrum Chymicum Vol. 5
p. 645.

Fasciculus

Theatrum Chymicum Vol.
3. p. 72.